



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.  
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi  
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

**Rodrigues, Manuel**

**Lvgdvni, 1621**

Lectores.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41743**

## LAICI.

Vide *Elección, Infirmi, Index.*

**F**ratres Laici seu Conuersi cùm  
solemniter promittant tria vota  
essentialia, secundùm aliquam Re-  
gulam à Sede Apostolica approba-  
tam, in manu Prælati eos incorpo-  
rare valentis, sunt verè Religiosi,  
& Ecclesiasticæ personæ. *tom. 2. qu.  
123. art. 1.*

Promoti tamen ad sacros Ordines, sine licentia Prælati, grauissima  
pœna sunt plectendi, & tonsura cle-  
ricali priuandi. *art. 3.*

Necnon omni vſu Ordinum, &  
recitatione diuini Officij priuari ad  
merum statum laicalem reducendi.  
*tom. I. q. 42. art. 19.*

Nullus autem Generali inferior,  
quamuis sit Commissarius genera-  
lis, cum plenitudine potestatis, po-  
test dare laico licentiam transeun-  
di ad Clericatum: nam quantum ad  
hoc, eius authoritas limitata est per  
*Leon. X. constitutionem. ibid.*

## LECTORES.

**P**ius V. statuit, ut Lectores  
Theologix, qui quatuor cursus  
R aboli

258 L E G A T V S.

absoluerint, voce actiua & passiuia  
gaudent; quam quidem constitu-  
tionem reuocauit Greg. XIII. sed in  
statutis Vallisoletanis fuit renouata,  
etiamsi in aliena prouincia do-  
cuerint; nec requiritur, quod du-  
decim annis continuis doceant, si  
talis interpolatio vergat in vtilita-  
tem prouinciae. tom. 2. q. 130. art. I.

L E G A T V S.

Vide Exemptio.

**M**onachus factus Canonicus,  
potest esse Legatus Papæ, vel  
loci tenens Legati, Officialis, vel lo-  
citenens Officialis Episcopi; & co-  
gnoscere de causis, ex decisione Rott.  
tom. 2. q. 124. art. 1. & 2.

Legatus conferens beneficium  
sæculare Regulari, non requirit con-  
fessum Abbatis, quia censetur cum  
ipso dispensare art. 3.

L E G A T V M.

Vide Nonitius, Studium.

**L**egatum quodcumque relicum  
Religiosis valentibus possidere  
sive per regulam, sive per priui-  
legium, tenet. tom. 2. quest. 125.  
art. I.

Si